Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [106] : De Castore & Polluce *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 09 : De Castore & Polluce *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [106] : De Castor & Pollux *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [106] : De Castor & Pollux *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [106] : De Castore & Polluce, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1046

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)Grec ancien

Pagination303r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses

- Castor
- Pollux

Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1046?context=pdf

attulerunt, quæ etſi grauiſsima pericula ob liberalitatem, qua vſa eſt in Bacchum contulit, tamen in ſummam felicitatem denique peruenit. nam pro rebus bene geſtis ſolet Deus calamitates in ſummã felicitatem conuertere.

De Nereo.

VT autem prudentiam omnibus in rebus vtilem eſſe oſtenderent, & nauigationibus præcipuè neceſſariã ob multa quæ nauigantibus eueniunt aduerſa, Nereum ſiue nauigandi peritiam filium oceani & Tethyos eſſe dixerunt. qui Nereus, quoniam ſapientis eſt ad multas opportunitates ſe accommodare, dicitur in varias formas ſe vertere ſolitus. Ne quis igitur ob inclementiam Deorum, potius quam ob ſuam ipſius inſcitiam, ſe naufragium pati, aut perire arbitretur, hæc de ipſo Nereo & Nereidibus confinxerunt. Nõ enim accuſanda eſt diuina clementia, ſi quis temeritate imprudentiaq; ſua ſtetus ſe in grauiſsima pericula intruſerit; cum Deus prudentes tantum & diligentes, vbi vires deſunt humanæ, adiuuare ſoleat.

De Proteo.

CVM adhortarentur autem ad prudentiam, quæ neceſſaria eſt ciuitatibus, & amicitiis conſeruandis Proteum non ſolum virum bonum, ſed etiam in omnes formas ſe vertentem, vt Nereum, introduxerunt. Nam ſanè viro prudenti non ſolum motibus animi moderari ratione & conſilio neceſſe eſt, ſed etiam ad omnes fortunæ euentus, & ad omnes temporum vel perſonarũ opportunitates animum ſuum accommodare. Id, qui facere poteſt, noſtris præcipuè temporibus plurimum gratia & opibus valet. Sed ego, (ſic enim meum eſt ingenium) nunquam prudens in hoc genere exiſtimabor, quia nõ patitur Genius cuipiam adulari, neque poſſum cum nebulonibus, quorum magna eſt & latronum multitudo, conuenire. Non tamen illum vitupero, qui id facere poſsit, cum præſens opportunitas illa poſtulauerit: nam cum ſtultis ridendum eſt. Hanc ipſam prudentiam neceſſariam magis ciuitatũ præfectis, quàm priuatis, iudico: quoniam alteris vt omnium ſint exemplar, alteris ad honeſtatem tantum ſe accommodare opus eſt. Sic igitur ſignificatur prudenter cedendum eſſe tempori, & rebus ac perſonis pro dignitate tribuendum.

De Caſtore & Polluce.

NEQVE vero flammas illas ſine Deo apparere crediderunt, quę nauigantium antemnis, vel carcheſiis, inſiderent per tempeſtatis tempora; quæ, vt ſuo loco dictum fuit, modo certam tranquillitatem prædicerent, modo portenderent pernitiem nauigantibus.

De Aeolo.

AEOLVS ventorum, tempeſtatumque Deus creditus eſt, non ſolum quia ſignis obſeruatis ventura multo ante prædicebat, ſed etiam quòd iræ modera-

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1046?context=pdf